



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1549. usque ad annum 1551 - ... Atque Tabulis  
Chronologicis Ab Anno Christi 1000 Usque Ad 1595 ...

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118537**

§. 50. Pontificis studium in reprimenda hæresi in Italiam irrepente.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66584](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66584)

Sæc. XVI. tis, ac disciplinæ perturbatione perop-  
A.C 1550. portunus. Ceterum Dux tempore, quo  
Romæ morabatur, sex aureorum num-  
mum millia pro fundando Collegio,  
quod hodie Collegium Romanum ap-  
pellatur, numeravit, illud vero Grego-  
rius XIII. postea certis proventibus ple-  
ne instruxit.

## §. L.

*Pontificis studium in reprimenda hæ-  
resi in Italiam irrepente.*

*Raynald. hoc ann. n. 37.* Ceterum Julius III. Papa servens suum

fidei studium non tantum ad id, ut fideles protegeret, iisque ad veræ Religionis præcepta accurate exercenda de omnibus necessariis auxiliis provideret, restrinxit, sed etiam suarum partium esse arbitrabatur, ut ab eis id omne removeret, quod eorum fidem vel corrumpere, vel labefactare posset: quapropter errorem devincere, ac hæresin reprimere totis viribus adlaborabat; cum enim perversam doctrinam clandestinis artibus in Italiam irrepere perciperet, adeo, ut hisce novitatibus etiam quidam Theologiae Professores ex Ordine Mendicantium, necnon plures Parochi, eorumque Vicarii favere viderentur, atque hujus mali contagio Mutinæ latius, quam alibi sese diffunderet, hinc

Papa

Papa hujus urbis Episcopo in mandatis Sæc. XVI,  
dedit, ut rescissis omnibus privilegiis, A C 1550.  
quæ antea Religiosorum Ordinum Pro-  
fessoribus erant concessa, cunctos de re  
Catholica male sentientes ab admini-  
stratione Sacramentorum, sacrisque  
Concionibus habendis arceret. Porro  
cum Brixiae ejusdem erroris venenum  
adeo serperet, ut Vincentius Nigusanti-  
tius Arbensis Episcopus, ac Cardinalis  
Episcopi Brixiani Vicarius magna hæ-  
reticorum multitudine territus munus su-  
um abjicere meditaretur, hinc Julius Papa  
illum in suscepto officio persistere jussit,  
præcepitque, ut in hæreticos severè  
animadverteret, simulque eidem fidem  
fecit, quod Magistratus Veneti in tuen-  
da Religione Orthodoxa, prout erant  
solemniter polliciti, nunquam eidem de-  
futuri essent: quinimo Pontifex hanc in  
rem literas perscripsit ad Franciscum  
Donatum Venetiarum Ducem, ejusque  
Senatum.

### §. LI.

#### *Contentio Papam inter & Venetos.*

Verum hæc animorum consensio Pa- *Anghel Mas-  
pam inter & Venetos sub idem tem-  
pus non nihil violata est quodam ino-  
pino casu; videbatur enim Venetis,* *saret. in dia-  
rio p. 388.  
Raynald. l.c.  
n. 38.*  
quod Inquisitionis Judices minus suo

*Hist. Eccles. Tom. XL. P mune-*